

Specimen of Written Test at Interview  
THE COLLEGES OF OXFORD UNIVERSITY  
CLASSICS  
'A' LEVEL STANDARD TEST IN LATIN

Time allowed: 1 hour

*For candidates applying for Literae Humaniores Course I, and Joint Schools with Classics*

---

Translate into English:

(a) The story of Erechtheus

Erechtheus Pandionis filius habuit filias quattuor, quae inter se coniurarunt si una earum mortem obisset ceterae se interficerent. in eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas uenit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret. is uictus cum exercitu cum esset ab Atheniensibus interfectus, Neptunus ne filii sui morte Erechtheus laetaretur expostulauit ut eius filia Neptuno immolaretur. itaque Chthonia filia cum esset immolata ceterae fide data se ipsae interfecerunt; ipse Erechtheus ab Ioue Neptuni rogatu fulmine est ictus.

HYGINUS, *Story* 46

immolo (with accusative)      I sacrifice

(b) On the nature of time

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,  
Omnia sede mouet, nil sinit esse diu.  
Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,  
Subsidunt montes et iuga celsa ruunt.  
Quid tam parua loquor? moles pulcherrima caeli  
Ardebit flammis tota repente suis.  
Omnia mors poscit. lex est, non poena, perire:  
Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

SENECA

edax greedy.